

Io. 14.

Et inquit vtrū ita a semetipso cognoscat pater: quomodo cognoscit a filio: sciensq; illud quod scriptum est. Pater qui me misit maior est omnibus: verum esse contendit: vt dicat: & in cognitōe filio patre esse maiorē: dum perfectus ē & purius a semetipso cognoscit: q̄ a filio. *u. ē. t. u. ψ. v. k. o. s. i. v.* quoq; & abolitionē corporis: per hoc rursus sentire cōuincit. Si quis autem potuerit ostendere incorporalē: rationabilēq; naturā: cum exsolauerit se corpore viuere p̄ semetipam: & in peiorī conditōe esse: quando corporibus vestiebat: in meliori quando illa deponit: nulli dubium est corpora non principaliter subsistere: sed per interualla & ob varios motus rationabilium creaturarum nunc fieri: vt qui ipsi indigent vestiant. Et rursus cum illa deprauatione lapsuum se ad meliora correxerint: dissolui in nihilū: & hac semp̄ successiōe variari. Et ne paruum putarem impietate esse eorū: quae praeferat: in eiusdem voluminis sine cōiungit omnes rōnabiles creaturas: id est: patrem & filiū & sp̄ritū sanctū: angelos: p̄tates: d̄naciones: caeteraq; virtutes: ipsū quoq; hominem sc̄d̄m animae dignitatē vnus esse substantie. Intellectualē inquit rationabilēq; naturam sentit deus & vnigenitus filius eius & sp̄ritus sanctus: sentiunt angeli & p̄tates: caeterę virtutes: sentit interior homo: qui ad imaginē & similitudinē dei cōditus est. Ex quo cōcluditur deum & hīc quodāmodo vnus esse substantie: vnū addidit verbū quodāmodo: vt tanti facilitate gij crimen effugeret: & qui in alio loco filiū & sp̄ritū sanctū nō vult de dei patris esse substantia ne diuinitatē in partes secare videat: naturā omnipotentis dei angelis hominibusq; largit. Cum hęc ita se habeant quae insania est: paucis de filio & sp̄ritū sancto cōmutatus: quae aperta blasphemiam praeferbat: caetera ita vt scripta sunt: pulisse in mediū: & impia voce laudasse: cum vtiq; & illa & ista de vno impietatis fonte p̄cesserint. Aduersum omnia scribere: nec huius est temporis: & omnes qui aduersus Arrium & Eunomium Manichaeosq; & diuersas scripserūt haereses: his quoq; impietatis responsisse credendi sunt. Qui ergo hos voluerit legere libros: & calcatis pedibus ad terrā reprobmissionis p̄gere: nec vbi a serpentibus mordeat: & arcuato scorpis vulnere verberet: legat prius hunc librū: & anteq̄ ingrediat viam: quae sibi caueda sint nouerit.

Epistola beati Epiphani ad Ioānem hierosolymitanū per beatū Hieronymū & graeco translata: In qua se excusat q̄ in monasterio beati Hieronymi incōsulto eo presbyterū ordinauit: ostēdens se iure fecisse: Deinde illum admonet ne Origenis erroribus implicet: quos ex ordine narrat & detegit.

EPISTOLA

XIX.

Domino dilectissimo fratri Ioanni episcopo Epiphanius: Oportebat nos dilectissime clericatus honore nō abuti in superbiā: & custodia mandatorū dei & obseruatōe diligentissima hoc esse quod dicimur. Si enī sancta scriptura loquit: clerici eorū nō p̄derūt eis quae arrogantia clericatus cōducere nobis poterit: qui nō solum cogitatōe & sensu: verum etiam sermone peccamus. Auidui quippe q̄ tumeas cōtra nos: & irascaris: & me nitaris scribere in extremos fines terrae: vt loca puinciaq; nō nominē: & vbi est dei timor: qui nos debet illo tremore cōcutere: qui dicitur esse d̄no: Si quis irascit fratri suo sine causa: reus erit iudicio. Nō q̄ magnopere curem: si scribas quod placuerit. Scribebant enī & epistolae biblinae iuxta Esaiā: & mittebant super aquas: quae cito cum saeculo trāseūt: nihil tibi nocuimus: nihil iniuria fecimus: nec quicq; violenter extorsimus. In monasterio fratruū: & fratruū peregrinorū: qui puincia nihil tuae debuere: & p̄p̄t nostrā paruitatē & litteras quas ad eos crebro direxerimus: cōmunionis quoq; tuae coeperūt habere discordia: ne viderent quadā d̄ritia & cōscientia nostra anti quae fidei ab ecclesia separari: ordinauimus diaconū: & postq̄ ministravit rursus presbyterū super quo debueras gratulari: intelligens q̄ ob dei timorē hoc sumus facere cōpulsit: maxime cum nulla sit diuersitas in sacerdotio dei: & vbi vtilitati ecclesiae p̄uideat. Nam & si singulae ecclesiae episcopos habent sub se ecclesias: quibus curam vident imp̄dere: & nemo sup̄ alienā mensuram extendit: in praeponeat omnibus charitas christi: in qua nulla simulatio est: nec cōsiderandum quid factū sit: sed quo tpe & quomodo: & in quibus: & quare factū sit. Cum enī vidissem quia multitudo sc̄torū fratruū in monasterio cōsisteret: & sancti presbyteri Hieronymus & Vincentius p̄pter verecūdiā & humilitatē nollent debita nomini suo exercere sacrificia: & laborarē in hac parte ministerij: quae christianorū praecipua salus est: inuenire autē & cōprehendere seruū dei nō posses: qui te eo q̄ graue onus sacerdotij nollet suscipere: saepe fugebat: sed nec alius quis episcopos facile eum repiret. Vn̄ & satis miratus sum: quomodo dispensatōe dei ad nos venerit cum diaconibus monasterij & caeteris fratribus: vt mihi satisfaceret: quia nescio quid aduersum eos habebā tristitia. Cum igit̄ celebraret collecta in ecclesia villae: quae est iuxta monasteriū nostrum: ignorantē eum: & nullā penitus habentē suspitionē: p̄ multos diaconos apprehēdi iussimus: & teneri os eius: ne forte liberari se cupiēs: ad iuraret nos p̄ nomen christi: & primū diacon

Mat. 5.
Esa. 18.